Linea recta super rectā stans, facit cū ea duos
āgulos aut rectos aut duobus rectis æquales.
Sit linea a d stans super lineā rectam b c, dico
angulos quos cum ea facit aut esse rectos aut duo
bus rectis æquales. Nam si linea superstans est ad
eā cui superstat perpendicularis ut in priori figu
ra, patet propositū per diffinitionē lineæ perpen
dicularis. Si uero non fuerit perpēdicularis ut in
secūda figura, emittatur per octauā, ex pūcto d
perpēdicularis q̄ sit d e. Clarū igitur est angulos
rectos q fiūt à linea perpēdiculari, scilicet e d b,
& c d c tantum occupare spacij quantū tenēt du
o anguli, quos facit linea non perpendicularis d
a, hoc est anguli a d b & a d c, quare hi duo illis
duobus sunt æquales per octauam communē sen=
tentiam. Ex hac propositione liquet ueritas secū
dæ partis quartæ propositionus. Si trianguli æq
cruri æqualia latera protrahantur angulos sub
basi esse æquales. Sit enim triangulus æquicru=
rus a b c, & protrahantur latera eius æqualia a
b & a c usq; ad d & f. Dico angulos sub basi scili
cet d b c, & f c b esse æquales. Nam prima pars
eiusdē quartæ demōstrauit angulos supra basim
scilicet a b c et a c b esse æquales, Præsēs uero do
cet angulos a b c & d b c simul æquari duobus re
ctis, similiter duos a c b et b c f duob. rectis æqua
les. Per primā itaq; petitionē duo āguli a b c et c b
d simul æquātur duob. pariter āgulis a c b et b c f